



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Gallus Abb. 16. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

648 VITÆ SANCTORUM. 16. Octob.
*bus festinas, non parvam partem substan-
tiae in tuto loco reponere: marsupium autem
sinus est pauperum, sustentatio miserorum.
Hoc est fidele depositarium sine ullo prorsus
detrimento, quod susceperat redditurum.*
S. Pet. Dam. l. 8. epist. 14.

S. GALLUS ABB. 16. Octobris.

GALLUS ad Laci Brigantini incolas
Columbano duce venit, quem in li-
teris & pietate magistrum habuit. Hic
permultis auctor fuit, damnatâ supersti-
tione, ad Christi partes transeundi: ipse
antra silvasque à colubris & lemuribus
purgatas melior hospes cœpit incolere,
commeatum sapius celo suppeditante.
Et fortè preces Numini faciebat, cum
ursus adfuit pauperis cœnæ reliquias
populaturus. Sed jubet GALLUS li-
gnum potius sur comportet, eoque fo-
cum foveat. Facit ille imperata, & in
laboris stipendium panem capit. Tum
Divus cum eodem ita paciscitur, com-
munem uterque montem haberent, ex-
terum nemini deinceps mortalium ursus
noceret. Has inquam leges homo tulit,
& sacro sanctas fera habuit. Vidit hoc
& invidit orcus, omni que vi pellere
GALLUM est aggressus. Sed facile hic
iterum in fugam versipellem hostem
egit, victor trophæum Crucis erexit,
& præsidium sacra Divorum lipsana im-
po-